



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

9 De virtutibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

do, nondum consummavit, sed est quasi in principio: perfectum autem melius est imperfecto, & finis principio. ergo melius moritur in redeundo, quam qui moritur in eundo.

RESPON. Dicendum, quod quanto aliquis cum pluribus meritis moritur, tanto melius moritur: merita autem manent homini non solum illa quae actu agit, sed etiam illa quae iam fecit, quasi apud Deum deposita secundum illud 2. ad Thim. 2. Scio cui credidi, & certus sum, quia potens est depositum meum servare. Manifestum est autem quod ille qui moritur in redeundo de ultra mare, ceteris paribus, cum pluribus meritis moritur, quam ille qui moritur in eundo. Habet enim meritum ex assumptione itineris, & ulterius ex prosecutione, in qua forte multa gravia est passus: & ideo, ceteris paribus, melius moritur ille qui moritur redeundo, quamvis ire sit magis meritorium quam redire, genus operis considerando.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod illud propositum exponendi se morti propter Christum, habuit etiam iste in eundo, nec hoc meritum perdidit, si se a peccato immunem custodiit.

QV AESTIO VIII.

DEINDE circa matrimonium quae sunt duo. Primo, Si aliquis despondeat aliquam per verba de futuro, & postea carnaliter cognoscat, non quidem quasi consentiens in matrimonium, sed solummodo volens fraudulentè surripere copulam carnalem, si postmodum contrahat cum alia per verba de presenti, utrum secunda sit vxor eius.

Secundo, Si vir accuset vxorem de adulterio occulto, utrum mulier teneatur in iudicio suum peccatum confiteri.

ARTICVLVS XV.

Utum ille qui cognouit carnaliter quam sponderat, postea sit habere vxorem illam cum qua postea contrahat per verba de presenti.

RESPON. Dicendum, quod circa hoc est iudicandum. Si enim adulterium sit omnino occultum, non debet per se in iudicio confiteri, nec debet ab eo exigi iuramentum de veritate dicenda, quia secunda sollicitudine iudicio reservantur, sicut in ad Cor. 4. Nolite ante tempus iudicare, quousque veniat Dominus, qui illuminabit abscondita regni huius: sed quando ex adulterio procedit infamia, vel aliqua signa eiusdem apparent, quae vehementer in iudicium facere possunt, vel quando est semper probatum, tunc debet ab ea exigi iuramentum de veritate dicenda, & ipsa tenetur confiteri veritatem.

Et per hoc patet responsio ad obiecta. Sed contra est, quod error hominis non praedicit veritati matrimonij: sed ex errore hominis praesumentis esse consensum, ubi fuit carnaliter copula, contingit quod per iudicium ecclesiae compellitur aliquis illam habere, quam cognouit carnaliter post contractum per verba de futuro, ergo non praedicit veritati secundi matrimonij, quod est hinc contractum per verba de presenti.

RESPON. Dicendum, quod sicut Leo Papa dicit, causa matrimonij est consensus per verba de presenti expressis, sine quo caetera etiam cum coitu subsecuta frustrantur. Remota autem causa, remouetur effectus: unde cum in primo matrimonio ponatur non fuisse consensus, manifestum est quod non fuit matrimonium, & quia posita causa ponitur effectus, consequens est ut

secundum fuerit matrimonium, in quo ponitur fuisse consensus per verba de presenti expressis inter personas a matrimonio solutas.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod ecclesia in his quae ad matrimonium pertinent, tripliciter se habet. Uno quidem modo per modum iudicantis, & quia homines vident ea quae apparent, sicut quod dicitur Reg. 16. Oportet quod iudex ecclesiasticus iudicet ea quae sibi apparent per confessiones partium, & per idoneos testes, & per alia legitima documenta, quibus in omnibus adhibitis contingit quandoque veritatem late re, & praecipue in his quae pertinent ad interiores cordis, quae humano testimonio probari non possunt, etiam si aliqua signa exteriora de his possit aliqua ecclesia haberi: & ideo iudicium ecclesiae in his quae ad matrimonium pertinent, si veritas lateat, non impedit sequens matrimonium contrahendum, nec dirimit iam contractum. Alio modo se habet per modum prohibentis, vel punientis, & hoc quidem impedit matrimonium contrahendum, sed non dirimit contractum, puta, vxoricide pena imponitur ecclesiae, ut vitetur a matrimonio abstinere si non contraxerit, matrimonium non dirimitur. Tertio modo se habet per modum statuentis, quod fit solum auctoritate summorum pontificum, & sicut hoc persona aliqua rationatur illegitima ad contrahendum, ita quod etiam contrahat, matrimonium dirimitur, ut patet in quibusdam gradibus consanguinitatis & affinitatis vel etiam de adulteris, cum quis debeat eisdem de continentendo, vel cum machinatus est in mortem vxoris.

ARTICVLVS XVI.

Verum mulier accusata de adulterio occulto teneatur suum peccatum in iudicio confiteri.

AD SECUNDUM sic proceditur. Videtur quod mulier accusata de adulterio occulto, non teneatur suum peccatum in iudicio confiteri. Solus enim tenetur suum peccatum occultum publicare: sed adulterium mulieris est occultum. Si autem in iudicio confiteretur ipsum, veniret in publicum, ergo non tenetur mulier accusata de adulterio suo peccatum in iudicio confiteri.

SED CONTRA est, quia debet praestare iuramentum de veritate dicenda, sed nullo modo debet deicere, ergo debet veritatem confiteri de suo peccato.

RESPON. Dicendum, quod circa hoc est iudicandum. Si enim adulterium sit omnino occultum, non debet per se in iudicio confiteri, nec debet ab eo exigi iuramentum de veritate dicenda, quia secunda sollicitudine iudicio reservantur, sicut in ad Cor. 4. Nolite ante tempus iudicare, quousque veniat Dominus, qui illuminabit abscondita regni huius: sed quando ex adulterio procedit infamia, vel aliqua signa eiusdem apparent, quae vehementer in iudicium facere possunt, vel quando est semper probatum, tunc debet ab ea exigi iuramentum de veritate dicenda, & ipsa tenetur confiteri veritatem.

Et per hoc patet responsio ad obiecta. Sed contra est, quod error hominis non praedicit veritati matrimonij: sed ex errore hominis praesumentis esse consensum, ubi fuit carnaliter copula, contingit quod per iudicium ecclesiae compellitur aliquis illam habere, quam cognouit carnaliter post contractum per verba de futuro, ergo non praedicit veritati secundi matrimonij, quod est hinc contractum per verba de presenti.

RESPON. Dicendum, quod sicut Leo Papa dicit, causa matrimonij est consensus per verba de presenti expressis, sine quo caetera etiam cum coitu subsecuta frustrantur. Remota autem causa, remouetur effectus: unde cum in primo matrimonio ponatur non fuisse consensus, manifestum est quod non fuit matrimonium, & quia posita causa ponitur effectus, consequens est ut

4. dist. 27. ar. 2. & q. 2. c. 4. dist. 28. ar. 1. q. de contractu marit. monij.

4. dist. 27. ar. 2. & q. 2. c. 4. dist. 28. ar. 1. q. de contractu marit. monij.

4. dist. 27. ar. 2. & q. 2. c. 4. dist. 28. ar. 1. q. de contractu marit. monij.

4. dist. 27. ar. 2. & q. 2. c. 4. dist. 28. ar. 1. q. de contractu marit. monij.

4. dist. 27. ar. 2. & q. 2. c. 4. dist. 28. ar. 1. q. de contractu marit. monij.

¶ Secundo, Circa abstinentiam, vtrum aliquis peccare possit nimis ieiunando, uel uigilando.

ARTICVLVS XVII.

Vtrum ille qui pecuniam accepit mutuo, ut redimeret se latronibus, teneatur eam restituere.

AD PRIMVM sic pcedebatur. Videtur quod ille qui pecuniam accepit mutuo, ut redimeret se latronibus, non teneatur eam restituere, quia ut Aug. dicit. Tēpore necessitatis oīa sunt cōmunia: sed nullus debet quasi propriū petere id quod est cōmune, ut Ambr. dicit, & habet in decretis dist. 4. Cum ergo ille qui in latrones incidit, fuerit in maxima necessitate constitutus, utpote in periculo mortis existens, videtur quod factum sit sibi commune aliquid quod erat alterius, & ita non teneatur ei restituere, qui mutuaui, ac si esset proprium eius.

¶ 2. Prat. Nullus teneatur facere recompensationem alicui pro eo quod ille facere tenebatur: sed ille qui mutuaui pecuniam tenebatur proximum suum a mortis periculo liberare, secundum illud Prou. 24. Erue eos qui ducuntur ad mortem, ergo videtur quod ille qui est liberatus, non teneatur ei restituere pecuniam mutuam.

SED CONTRA est, quod Dominus Matth. 7. dicit. Omnia quae uultis ut faciant uobis homines, & vos facite illis. sed ille qui liberatus est a latronibus, uel sibi restitui, si quid mutuaui, ergo etiam ipse debet restituere quod mutuo accepit.

RESPON. Dicendum, quod iustitiae actus est unicuique reddere quod sibi debetur. Unde cum ratione contraus bonae fidei, qui fuit inter mutuantem & mutuo accipientem, restitutio debeatur ex iustitiae precepto, tenetur ille qui mutuo accepit pecuniam, eam reddere creditori, & tanto magis, quanto in maiori necessitate creditor sibi subuenit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod tunc in necessitate fiunt omnia communia, cum homo non potest sibi de suo subuenire: ridiculum enim esset, si quis famem patiens nollet accipere panem quem haberet in arca, & diceret se accipere panem alienum quasi communem: quae autem per amicos possumus, per nos aliquatenus possumus, ut dicit Philo. in 3. ethico. Iste autem qui in latrones incidit, potest se per amicos liberare mutuum accipiendo, & ideo non fiunt ei omnia communia.

AD SECVDVM dicendum, quod unusquisque tenetur ad liberandam proximam a morte secundum suam conditionem & modum, & hoc quidem conuenienter impleuit ille qui pecuniam mutuaui, non autem tenebatur eam donare in casu quo ille poterat per mutuum liberari.

ARTICVLVS XVIII.

Vtrum homo possit peccare nimis ieiunando, uel uigilando.

CIRCA secundum sic proceditur. Videtur quod homo non possit peccare nimis ieiunando, uel uigilando. Deus enim non potest nimis ab homine diligi: sed probatio dilectionis est exhibitio operis, ut Greg. dicit in homel. quadam. ergo videtur quod non possit aliquis peccare nimis ieiunando, uel uigilando propter Deum.

SED CONTRA est, quod Bernar. confitetur se peccasse de hoc quod nimis corpus suum ieiunando &

A uigilando debilitauit.

RESPON. Dicendum, quod secundum Philo. in 1. Polit. Aliter est iudicandum de fine, aliter de his quae sunt ad finem. Illud enim quod quaeritur tanquam finis, absque mensura quaerendum est. In his autem quae sunt ad finem, est adhibenda mensura secundum proportionem ad finem, sicut medicus sanitatem quae est finis eius, facit quantumcumque potest maiorem, seu adhibet medicinam, secundum quod conuenit ad sanitatem faciendam. Est ergo considerandum, quod in spiritali uita dilectio Dei est sicut finis. Ieiunia autem & uigiliae, & alia exercitia corporalia non quaeruntur tanquam finis: quia sicut dicitur ad Rom. 14. non est regnum Dei esca & potus, sed adhibentur tanquam necessaria ad finem. i. ad demandas concupiscentias carnis, secundum illud Apost. 1. ad Corint. 9. Castigo corpus meum, & in seruitute redigo &c. & ideo huiusmodi sunt adhibenda cum quadam mensura rationis, ut scilicet concupiscentia deuitetur, & natura non extinguatur, secundum illud ad Rom. 12. Exhibeatis corpora uestra hostiam uiuentem: & postea subdit. Rationabile obsequium uestrum. Si uero aliquis in tantum uirtutem naturae debilitet per ieiunia, & uigiliae, & alia huiusmodi, quod non sufficiat debita opera exequi, puta, praedicator praedicare, doctor docere, cantor cantare, & sic de alijs, absque dubio peccat: sicut etiam peccaret uir qui nimia abstinentia se impotentem redderet ad debitum uxori reddendum. Unde Hiero. dicit, de rapina holocaustum offerret, qui uel ciborum nimia egestate, uel somni penuria immoderate corpus affligit: & iterum rationalis hominis dignitatem amittit, qui ieiunium charitati, uigiliae sensus integritati praefert.

B Et per hoc patet responsio ad obiectionem.

QV AESTIO X.

DE I N D E circa praecipua quaesita sunt duo.

¶ Primo, Vtrum praecipua ordine naturae praecedant consilia.

¶ Secundo, Vtrum praecipua quae sunt contra praecipua secundae tabulae, sint grauiora peccatis quae sunt contra praecipua primae tabulae.

ARTICVLVS XIX.

Vtrum praecipua ordine naturae praecedant consilia.

CIRCA primum sic proceditur. Vt quod praecipua ordine naturae praecedant consilia. Illud enim est prius ordine naturae, ad quod natura primo instigat. sed praecipua sunt de primo instinctu naturae, quae sunt de dictamine rationis naturalis, non autem consilia. ergo praecipua sunt priora ordine naturae quam consilia.

SED CONTRA est, quia prius natura dicitur aliquid esse tripliciter. Uno modo, sicut imperfectum est prius perfecto, & hoc modo praecipua non sunt priora consilijs, quia in praecipuis charitatis praecipue consistit perfectio. Secundo, per modum causae tempore praecedentis effectum, & sic etiam non sunt priora, quia non est necessarium quod aliquis prius impleat praecipua quam consilia. Tertio, per modum originis, quoniam principium est simul tempore, sicut lux solis & radius: sed nec hoc modo praecipua sunt priora, quia non est necessesse quod quicumque seruat praecipua, seruet consilia. ergo nullo modo praecipua ordine naturae praecedunt consilia.

RESPON. Dicendum, quod circa hoc necessesse est duo considerare. Primo, quid sit esse prius ordine naturae. Quae. disp. S. Tho. E 4 turs.

114. 88. art. 1. ad 7. & q. 114. art. 1. ad 7.